1515º in Februario. 4 die Vide supra gratulationem

18

# Responsum

a Sigismundo Primo Rege Poloniæ Datum Episcopo et Capitulo suo Cracoviensi ad eorum gratulationem in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi post Victoriam Moschoviticam.

Dictum per Dominum Thomicki –

Rndme Domine. Venerabiles Dñi.

Nemini quidem dubium est, plurimum utiles et laudabiles esse, omnes operas et actiones Sacræ mtis Regiæ, quas cum alias, tum nunc sedulò pro Regno et Dominiis suis obivit. Sed cum Divino nutu omnia in Terris diriguntur, Ipsiusque arbitrio pax et bella subsunt, id ejus mtas Clementiæ Divinæ, ac Sctmi Patroni sui acceptum refert, et non sibi sed Illi, gloriam hanc ascribit. Vestrarum verò Dominationum Officium, et gratulationem istam, grato, et benigno animo suscipit. Immunitates Ecclesiæ istius, et singillatim unumquemque Vestrum, gratiâ et protectione suâ prosequi et favere pollicetur –